



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Robertii, Johannes

Leodii, 1633

55. Obertus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

CATHOLICA. 55

(inquit Ægidius) quod etate
suâ nulla prossus iucundior
dies Urbi aliquando affulse-
rit Leodiensi.

Neque minore gratulatio-
ne, & voluptate accepta Crucis
Christi particula, à Stephano
Papâ Leodium missa: itemque
Reliquiæ sacræ Sancti Lauren-
tij Martyris.

LIV. HENRICVS

PRIMVS.

ERat hic Archidiaconus Vir-
dunensis, cum Episcopatum
Leodien. obtinuit: & à S. An-
none Archiepiscopo Colonien-
si, more Catholico consecratus
est.

LV. OBERTVS.

CAnonicus Ecclesiæ Cathe-
dralis, & Sanctæ Crucis Pre-
positus

positus Obertus, Episcopus factus, Corpus S. Odæ Virginis (quæ cæca, ad sacras S. Lamberti Reliquias, lumen receperat) è terrâ leuauit, & honoriore loco, in Ecclesiâ Rhoden-si collocauit. Lætus etiam exceptit Reliquias S. Sepulcri, & S. Iohannis Baptistæ, ab Arnulpho, Ierosolymitano Patriarchâ, per Petrum Eremitam sibi transmissas.

Templum item S. Lamberti eiusque Altare magnifice ornauit, multis pretiosis vestibus ad Sacrificij splendorem, additis. Præterea Ecclesias Parochiales, S. Huberti Leodij, & S. Fidei in Suburbio ædificauit, & dotauit. Obiit anno 1119.